Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnia suauiter destitit.
Quando infirmitatem carnis
induit. uirginali utero
receptus est non inclusus.
ut nec angelis subtrahe
tur cibus sapientie. et nos gu
staremus quam suauis est dominus.
Quid hoc miramur de ui
bo dei. cum sermo iste
quem premisimus. ita liber
sensibus influat. ut cum
recipiat et non includat
auditor? Nam si non re
ciperetur. neminem instru
eret? si includeretur ad
alios non ueniret. Et
utique sermo iste uerbis
syllabisque diuiditur?
nec tamen ex eo tamquam
ex cibo uentris singu
las particulas tollitis?
sed omnes totum auditis.
totum singuli capitis.
Nec timemus dum loquimur
ne unus totum audiendo
assumat. nec alter pos
set habere quod sumat.
sed ita uos attentius uolu
mus nullius aurem men
temque fraudantes. ut et
totum singuli audiatis.
et totum audiendo ceteris
relinquatis. Neque hoc
fit alternis temporibus
ut sermo cum dicitur ad te pri
mum intrauerit. exeat a te.
ut ad alium possit intra
re. sed simul ad omnes ue
nit. ut sic totus memo
ria teneri debuisset sicut
ad totum audiendum om
nes uenistis? ita cum
toto singuli credidistis.
et totus ad singulos per
uenit. quanto magis ui
bum dei. per quod facta sunt
omnia. quod nec locis con
cluditur. nec modulis
breuibus. longisque ua
riatur. nec uocibus texi
tur. nec silentio termina
tur. quanto magis hoc tan